



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

50. de poena malorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

E P I T O M E

Stella enim à stella, id est electus ab electo, differt in claritate mentis & corporis. Alij *x. co. 18* enim aliis viciniùs clariùsq; Dei speciē contemplabuntur, & ipsa contemplandi differentia, diuersitas mansionum vocatur: domus ergo vna, id est denarius est vnus, sed diuersitas est ibi mansionum, id est differentia claritatis, &c.

DE STATV REPROBORUM.

D I S T I N C T. Quinquagesimæ
C A P. Primun.

*Damnatis mala voluntas erit
pœna, non culpa.*

Quidam autumant illam voluntatem non esse peccatum, sed supplicium tantum. Alij verò peccatū esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquā pœnam: quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse meritum supplicij, sed suppliciū mali meriti, quod in hac vita præcessit: de quo August. ita dicit: *de fid. ad Pet. cap. 2.* Tempus acquirendi vitam æternam in hac tantū vita Deus hominibus dedit, vbi voluit etiam pœnitentiam esse fructuosam, &c.

C A P. Secundum. Reprobi patiuntur
tenebras exteriores.

sup.
psal. 6. **A**Vgust. Ira Dei & in iudicio erit, & hic in cæcitate mentis, cum dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt, quia tunc peccatores penitus extra Deum erunt. Quid enim extra Deum penitus esse, nisi esse in summa cæcitate? si quidem habitat lucem inaccessibilem, &c.

*CAP. 3. Dammati non cognoscunt ea
quæ hic aguntur, tametsi curam
de viuis habeant.*

in psal.
108. **A**Vgust. Breuiter dici potest quod est cura mortuis de suis charis, vt de diuite legitur, qui dum tormenta apud inferos pateretur, leuauit oculos ad Abraham, & inter alia dixit: Habeo enim quinque fratres, mitte aliquem, &c. Habent enim mortui curam de viuis, quos sciunt viuere, quia nec in locis pœnarum vident eos, vbi diues sine fratribus erat: nec in requie beatorum, vbi Lazarum & Abraham, quauis longè, agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire quæ circa charos suos hic aguntur, vel læta, vel tristia.

*CAP. 3. Beati damnatos vident, sed
dammati non vident beatos,
post iudicium.*

sup.
Luc. 16 **I**N fideles (ait Greg.) in imo positi ante diem iudicij fideles super se in requie attendunt, quorum gaudia post contèplari non pos-

E P I T O M E

sunt, nec tamen apud animos iustorum ob-
fuscat beatitudinem aspecta pœna reprob-
orum: quia ubi compassio miseræ non erit,
minuere lætitiâ beatorum non valebit. Et
licet iustis gaudia sufficiant, ad maiorem ta-
men gloriam vident pœnas malorum, quas
per gratiam euaserunt. quia qui Dei claritatē
vident, nihil in creatura agitur quod videre
non possint, &c.

EXPLICIT EPITOME IN
quatuor libros Senten. Magi. Pe-
tri Lombardi, episcopi
quondam Pa-
risiensis.

L V T E T I A E

*Excudebat Petrus Rathoire typogra-
phus, impensis Iohannis Foucherij
bibliopole iurati, mense
Februario.*

I 5 5 1.

Societatis Jesu Paderbornæ.